

quasi indigens Spiritus sancti acceptione: his enim ambobus baptisima Ioannis carebat, Baptizatus est autem ut notus omnibus fieret & in eum crederent, & ad implendum omnem iustitiam, q est obseruatio mandatorum, mandatum quidem erat hominibus baptisimum subire propheta. B E D A. Baptizatus est, & ut baptisinate suo Ioannis baptisima comprobareretur, & ut Iordanis aquam sanctificans per descensionem columbe, Spiritus sancti in laucro credentiu monstraret aduentu, vnde sequitur: Et statim ascendens de aqua: vidit apertos celos & Spiritum sanctum tanquam columbam descendentem & manentem in ipso. } Aperiuntur autem caeli non refectione elementoru, sed spiritualibus oculis, quibus Ezechiel in principio voluminis sui eos apertos esse commemorat, hoc autem, quod apertos celos post baptisima vidit, nostri vique gratia factum est, quibus per laucrum regenerationis ianua panditur regni caelestis. C H R Y. Vel vnde celis hominibus sanctificatio tribuatur, ac terrena caelestibus coniungantur. Spiritus autem sanctus super eum descendisse dicitur, non tanquam tunc primum ad eum accesserit: non. n. ab eo vnq fuerat derelictus, sed vt ostenderet Christum qui a Ioanne predicabatur tanquam digito quodam fidei omnibus demonstratum. B E D A. Quod etiam in baptisimo descendere visus est Spiritus sanctus, signum erat conferende nobis in baptisimo gratie spiritualis. H I E R O. Hac est autem vngtio Christi secundum carnem. Spiritus sanctus de qua dicitur: H Vnxit te Deus tuus oleo laticie pre consortibus tuis. B E D A. Bene autem in specie columbe descendit Spiritus sanctus, quod multum simplex est animal, atque a malicia fellis alienum, vt figurate nobis insinuet, quia simplici corda querit, nec habitare dignatur in mentibus impijs. H I E R. In specie etiam columbe Spiritus sanctus descendit, quia in cantico de Ecclesia canitur. Sponsa mea, amica mea, dilecta mea, columba mea: Sponsa in Patriarchis: amica in Prophetis, proxima in Ioseph, & mea dilecta in Ioanne Baptista. Columba in Christo & Apostolis quibus dicitur: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbe. B E D A. Sedit autem columba super caput Iesu, ne quis putaret vocem patris ad Ioannem factam, non ad Dominum. Bene autem addidit, manentem in ipso: hoc. n. est Christo speciale, vt implens eum semel Spiritus sanctus nunquam recedat. Nam fidelibus eius ad signa virtutum, & miracula facienda aliquando gratia spiritus confertur, aliquando tollitur, quibus tamen ad operationem pietatis, & iusticie ad amorem Dei & proximi conseruandum nunquam gratia spiritus abest. Ipsum autem qui baptizandus cum alijs ad Ioannem venit, verum esse filium Dei in Spiritu sancto baptizare volentem vox patris docuit. vnde sequitur: Et vox facta est de caelis: Tu es filius meus dilectus in te complacui. } Non autem per hoc ipse filius quod nesciebat docetur: sed nobis quid credere debeamus ostenditur. A V G. de Con. euan. vnde Mattheus ait dictum esse: } Filius meus dilectus, } quia ostendere voluit ad id valere quod dictum est: } Hic est filius meus, } vt illis potius qui audiebant indicaretur, quod ipse filius esset Dei. Si autem queris, quid horum in illa voce sonuerit? quodlibet accipe, dummodo intelligas eos, qui no eandem locutionem retulerunt, eandem retulisse sententiam: Quod autem Deus in filio sibi placuisse videatur, admonemur ex eo quod dictum est, in te complacui. B E D A: Nos quoque vox eadem docuit per aquam ablutionis, & spiritum sanctificationis Dei posse filios effici. mysterium etiam trinitatis in baptisinate demonstratur. filius baptizatur. spiritus descendit in spem columbe, patris vox filio testimonium perhibentis auditur. H I E R. Moraliter & nos de volubilitate mundi, odore florum mundicie tracti, cum adolescentulis post sponsum currimus, & baptisimi sacramento de duobus fontibus dilectionis Dei & proximi, gratia remissionis abluimur, & ascendentes spe caelestia secreta mundi cordis oculis intruemur, & ascendentes spiritum sanctum spiritu contrito & humiliato cum simplici corde descendentem ad mansuetos, & cum charitate nunquam cadente manentem suscipimus. Et vox Domini de caelis ad nos a Deo dilectos dirigitur: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur, & tunc in nobis complacet Pater cum filio & Spiritu sancto. i. quando efficiunt vnus spiritus cum Deo.

Hom. 12. in Matth.

Lib. 2. c. 14.

Hom. 13. in Matth.

in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Sathana. Eratque cum bestijs, & Angeli ministrabant illi. f Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilaeam predicans Euangelium regni Dei, dicens: Quoniam im-

plens eum spiritu expulsi sunt in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Sathana. Eratque cum bestijs, & Angeli ministrabant illi. f Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilaeam predicans Euangelium regni Dei, dicens: Quoniam im-

plens eum spiritu expulsi sunt in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Sathana. Eratque cum bestijs, & Angeli ministrabant illi. f Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilaeam predicans Euangelium regni Dei, dicens: Quoniam im-

Hom. 13. in Matth.

lib. 2. c. 14.

rem Ioannis historiam texuisse. Pratermissio itaque anno cuius acta a tribus expostita fuerant superioris temporis antequam clauderetur Ioannes in carcere gesta narrauit. cum ergo dixisset Marcus: Quia venit Iesus in Galilaeam, predicans Euangelium Regni: subiungit dicens: Quoniam impletum est tempus, & appropin-

quet tempus, & appropinquet regnum Dei. Penitenti- ni & credite Euangelio. g Et prateriens secus mare Galilee, vidit Simonem & Andream fratrem eius mittentes retia in mare. Erant enim piscatores. Et dixit eis Iesus: Venite post me & faciam vos fieri pisca- tores hominum. Et protinus reli- ctis retibus secuti sunt eum. Et progressus inde puillum, vidit Iacobum Zebedaei, & Ioannem fratrem eius, & ipsos componen- tes retia in nau, & statim voca-

uit illos. Et relicto patre suo Zebedeo in nau cum mercenarijs secuti sunt eum. h Et ingrediuntur capharnaum, & statim sabbatis ingressus in synagogam docebat eos. Et stupebant super doctrina eius. Erat enim docens eos quasi potesta- tem habens, & non sicut scribae. i Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo, & exclamauit dicens: Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti ante tempus perdere nos? Scio quod sis sanctus Dei. Et comminatus

ni vocantis & obliuiscitur populum vitiuorum, & domum paterna conuersationis quae est stulticia Deo, & rete araneum, in quo nos velut culices pene lapsos tenebat aer inanis, qui pendet in nihil, nauem pristina conuersationis abominantem. Pellibus enim mortuis tegitur Adam, qui est genitor noster secundum carnem, & nunc depositio veteri homine cum actibus suis, nouum sequentes hominem pellibus tegimur Salomonis, quibus sponsa gloria- tur se esse formosam factam. Simon autem obediens Andreas vir- rilis: Iacobus supplantans, Ioannes gratia in Latino sonant. Quibus quatuor nominibus in agmen Domini coniungimur obedientia vt audiamus, virilitate vt pugnemus, supplantatione vt perse- ueremus, gratia vt conseruemur. Quae quatuor virtutes Cardina- les dicuntur: per prudentiam. n. obediemus, per iustitiam virilitem agimus, per temperantiam serpentem calcamus, per fortitudinem gratiam Dei meremur. T H E O. Scias item primum hic vocari actionem, deinde contemplationem. Petrus enim actiue symbolum est: seruientior enim erat alijs, sicut actiue est. Ioannes vero contemplationem significat: plus enim de rebus diuinis differit Ioannes.

h H I E R O. Marcus dicta Euangelij in seipso non in seipso disponens, ordinem historiae non secutus, mysteriorum ordinem seruat. vnde sabbatis primam virtutem narrat dicens: Et ingrediuntur Capharnaum. T H E O P H I. a Nazareth recedes. In die autem Sabbati quando scribae congregabantur, tunc doces synagogam intrauit. vnde sequitur. Et statim sabbatis ingressus in synagogam docens eos. } Et enim lex ad hoc sabbatis ocio vacare iubebat, vt lectioni studentes conuenirent in vnum. Docebat autem Christus arguendo non adulando sicut Pharisei. vnde sequitur: Et stupebant super doctrina eius. Erat. n. docens eos quasi potestatem habens, & non sicut scribae. docebat etiam in potestate transmutans homines ad bonum, & per penam non credentibus minabatur. B E D A. Scribae etiam docebant populos quae scripta sunt in Moyse & Prophetis. Iesus vero quasi Deus & dominus ipseus Moyse pro libertate voluntatis suae, vel ea quae minus videbantur addebat in lege vel commutans predicabat populis, vt in Mattheo legitur: Dicitur est antiquis: ego autem dico vobis. i B E D A: Quoniam inuidia diaboli mors intravit in orbem terrarum, ideo contra ipsum mortis authorem primo debuit medicina salutis operari. & ideo dicitur: Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo. C H R Y. Spiritus immundus, Ne igit propter communicantiam nominis in errorem decidamus addit: Immundo. } immundus autem dicitur propter impietatem ac elon- gationem a Deo, & quia omnibus immundis & prauis operatio- nibus se immiscet. A V G V S T. de Ciu. Dei: Contra sua per- biam porro demonum quantum virtutem habeat Dei humilitas, quae in forma serui apparuit, ipsi demones ita sciunt, vt eidem Do- mino infirmitate carnis induto haec exprimerent: Sequitur enim. Et exclamauit dicens, quid nobis & tibi Iesu Naza. Venisti ante tempus perdere nos. } Clarum est in his verbis, quod in eis & scien- tia erat & charitas non erat. Penam quippe suam formidabant ab illo, non in illo iustitiam diligebant. B E D A: Demones enim dominum in terris cernentes se continuo iudicandos cernebant. C H R Y. Vel hoc ita dicit, quasi diceret auferens immunditiam, diuinamque imponens cognitionem hominum animabus, nobis locum in hominibus non das. T H E O. Exire enim ab homine perditionem

Lib. 9. c. 20. & ca. 21.



perditionem suam existimat demon: immisericores enim existunt demones: malum aliquod pati se existimantes cum homines non molestant. Scitur: Scio quod sanctus Dei. CHR Y. quasi diceret. Considero aduentum tuum non enim firmam ac certam aduentus Dei habebat notitiam. Sanctum quem dicit eum, non rium de pluribus, quia & sanctus erat vniuersique prophetarum: sed vni esse denunciat. Per articulum enim, qui in Graeco ponitur vni ostendit, per timorem vero omnium Dominum recognoscit. AV G. Tantum n. eis innotuit quantum voluit, tantum autem voluit quantum oportuit. Sed innotuit non sicut Angelis sanctis, qui eius secundum id quod est Dei verbum participata aeternitate perfruuntur: sed sicut eis terrendis innotescendum fuit, ex quorum tyrannica potestate fuerat liberatus praedestinos. Innotuit ergo demonibus, non per id quod est vita aeterna: sed per quadam temporalia suae virtutis effecta, quae Angelicis sensibus etiam malignorum spirituum potius quam infirmitati hominum possint esse conspicua. CHRYSOSTOMVS. Non autem volebat veritas testimonium spirituum immundorum. vnde sequitur: Et comminatus est ei Iesus, dicens: obmutescet & exi de homine. Vnde dogma salutarium nobis datur: ne credamus demonibus quantumcumque denunciant veritatem. Sequitur: Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exiit ab eo. Quia n. homo ille tanquam sapiens loquebatur ac diceret verba proferebat, ne putaretur, quod non ex demone, sed ex corde verba componeret, virum discerpi permisit a demone, vt ostenderet demonem esse qui loquebatur. THEOPH. Et vt viderent cernerent a quo malo liberabatur homo, & propter miraculum crederent. B E D A. Potest autem videri contrarium quomodo discerpens, vel sicut quidam codices habent, conuexans eum exiit, cum nihil ei nocuerit secundum Lucam: sed & ipse Lucas dicit: Et cum proticisset eum demonium i medium, exiit ab eo, nihilque ei nocuit. Vnde intelligitur hoc dixisse Marcum. Conuexans eum siue discerpens, quod Lucas dicit: Cum proticisset eum in medium. & quod fecerit ait: Nihilque ei nocuit: hoc intelligitur, quod illa iactatio membrorum atque vexatio non eum debilitauit, sicut solent demonia exire etiam quibusdam membris amputatis aut emulsi. Vnde autem virtute miraculi, nouitate doctrinae admirantur doctrinae, atque ad inquisitionem eorum quae audierant, per ea quae viderant excitantur vnde sequitur: Et mirati sunt omnes, ita vt conquirerent. Ad hoc enim fiebant signa, vt per hoc Euangelio regni Dei quod praedicabatur certius crede retur, dum hi qui caelestia terrigenis gaudia promittebant caelestia in terris ac diuina opera monstrabant. Prius autem teste Euangelista erat docens eos quasi potestatem habens, & nunc turba attestante in potestate imperat spiritibus immundis & obediunt ei. Sequitur: Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilee. G L O. Ea enim quae homines multum mirantur prope diuulgant, quia ex abundantia cordis os loquitur. H I E R. Mystice autem Capharnaum villa consolationis interpretatur, sabbatum autem requies. Homo in spiritu immundo requie & consolatione sanatur, vt locus & tempus congruant saluti. Homo in spiritu immundo genus humanum est, in quo immunditia regnauit ab Adam vsque ad Moysen. nam sine lege peccauerunt, & sine lege perierunt. Qui sciens sanctum Dei obmutescere iuberur, dum scientes quidem Deum, non sicut Deum glorificauerunt: sed seruiunt potius creaturae quam creatori. Spiritus discerpens hominem exiit ab eo. Appropinquante salute appropinquauit tentatio. Pharao dimissurus Israel persequitur Israel, diabolus contra tempus surgit in scandala. K B E D A. Primo debuit lingua serpentina. ne vltra virus spargeret concludi deinde femina, quae primo seducta est a carnalis concupiscentiae febre sanari. vnde dicitur: Et protinus egressus est de synagoga, uenerunt in Dominum Simonis & Andreae cum Iacobo & Ioanne. THEO. Recedit enim vt consuetudo erat in sabbato, circa vesperam ad edendum in discipulorum domum, quae autem ministrare debebat, febribus tenebatur. vnde sequitur: Recumbebat autem foetus Simonis febricitans. CHR Y.

8 a v r o s 7 8

Li. 9. de Ci. Dei. c. 2. 1.

est ei Iesus dicens: Obmutescet, & exi de homine. Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exiit ab eo. Et mirati sunt omnes, ita vt conquirerent inter se dicentes: Quidnam est hoc? Quanam doctrina haec noua? Quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei. Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilee, quoniam inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum contra ipsum. K Et protinus egressus de synagoga uenerunt in domum

Dis cipuli autem tanquam exinde utilitatem aliquam recepturi, non expectantes uespere, foetus Petri sanari praebantur. vnde loquitur: Qui statim dicunt ei de illa. B E D A. In Euangelio autem Luca scriptum est, quod rogauerunt illum pro ea. Modo n. Saluator rogatus modo vltro curat egrotos, ostendens se contra

Simonis & Andreae, cum Iacobo & Ioanne. Recumbebat autem foetus Simonis febricitans, qui statim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius, & continuo dimisit eam febris, & ministrabat eis. I Vespere autem facto, cum occidisset Sol afferebat ad eum omnes male habentes & demonia habentes, & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. Et curauit multos, qui vexabantur varijs languoribus & daemonia multa eiiciebat, & non fiebat ea loqui, quoniam sciebant eum.

Et ministrabat eis. B E D A. super Lucam. Quod autem sabbatis, maxime medicinae doctrinaeque, sua, dona frequentat, docet se non sub lege esse, sed supra legem, nec Iudaicis eligere sabbatum: sed verum sabbatum, dilectamque domino esse requiem, si saluti studentes animarum ab opere feruili, id est a cunctis contineamus illicitis. Sequitur: Et continuo dimisit eam fe. & ministrabat eis. Sanitas quae domini confertur imperio, simul tota redit, tanto robore comitante, vt eis continuo, qui se adiuuati ministrare sufficit. Si autem virum a demone liberatum, moraliter animum ab immunda cogitatione purgatum, significare dixerimus, conuenienter femina a febribus ad Imperium Domini curata, carnem ostendit a concupiscentia lux feruore, per continentiae praecipua frenatam. H I E R O. Febris enim intemperantiam significat, de qua nos filij synagogae per manum disciplinae, desiderij eleuatione sanamur, & huius qui sanari nos ministramus voluntati. THEOPH. Febricitat autem qui irascitur, vt ex ira manus effrenatas extendat: febris ratio retinet manu eius, surgit, & sic ratio ministrat.

I THEOPH. Quia turbae considerabant neminem licere die sabbati curare, huius gratia Solis expectabant occasum, vt curandos ad Iesum adducant. vnde dicitur: Vespere autem facto cum occidisset Sol. Sequitur: Et curauit multos qui vexabantur varijs languoribus. CHRYSO. Per hoc autem, quod dicit multos, omnes oportet intelligere iusta scripturae consuetudinem. THEOPH. Vel multos dicit. Erant enim quidam infideles, qui minime curati sunt propter incredulitatem eorum. Multos et quo ex oblati sanauit illos, si qui fidem habebant. Sequitur: Et demonia multa eiiciebat, & non fiebat ea loqui, quoniam sciebant eum. AV G. de Quest. no. & vet. testa. Sciebant enim daemonia Christum esse, qui per legem fuerat promissus. omnia enim signa videbant in eo quae dixerant Prophetae. mysterium autem diuinitatis eius ignorabant: sicut & principes eorum. Si enim cognouissent nunquam dominum maiestatis crucifixissent. B E D A. Quoniam n. dierum quadraginta ieiunio fatigatum diabolus hominem cognouerit, nec tentando valuit an Dei filius esset, experiri. Iam nunc per signorum potentiam vel intellexit, vel potius suspicatus est esse filium Dei. Non igitur ideo Iudaei eum crucifigere persuasit, quia Dei filium non esse putauit, sed quia se morte illius non prauidit esse damnandum: THEO. Ideo autem non fiebat loqui daemonia, docens nos non credere eis etiam si vera dicant. Si enim inuenerint aliquos sibi credentes, veritatibus mendacia miscent. CHR Y. Non est autem contrarium ei quod hic dicitur, hoc quod Lucas dicit, quod exibat daemonia a multis clamantia & dicentia, quia tu es Christus filius Dei. Subiunxit enim: Et increpans non fiebat ea loqui. Marcus enim multa sub breuitate praefertens circa finem praedictorum verborum loquitur. B E D A. Mystice autem Solis occubitus passionem mortemque significat: Iulius qui dixit: Quamdiu in mundo sum lux mundi sum, & sole occidente plures ante daemones & egroti sanantur, quibus qui temporaliter in carne viuens, paucos Iudaeorum docuit, omnibus per orbem gentibus fidei salutisque dona transmissit. H I E R O. Ianuam autem regni mortaliter penitentia est cum fide, quae operatur salutem languoribus varijs. varia etenim sunt vitia, quibus languescit ciuitas mundi.

Cap. 4.

Lib. 2. c. 19.

Lib. 2. c. 19.

THEOPH. Postquam dominus infirmos curauit, seorsim recedit. vnde dicitur: Et diluculo valde surgens, egressus abiit in desertum locum. In quo docuit nos non facere aliquid ad apparentiam, sed & si boni aliquid operamur non proplare. Sequitur: Ibiq; orabat. CHR Y. Non quod indigeret. Iple n. erat qui hominum orationes suscipiebat, sed haec quae dispensatiue agens, forma bonae operationis nobis est factus. THEO. On dicit enim nobis, quod Deo debet attribui, si aliquid boni facimus, & ei debemus dicere: Quoniam omne datum optimum desuper est descendens a te. Sequitur: Et profectus est eum Simon, & qui cum illo erat. CHRYSO. Lucas autem dicit turba accessisse ad Christum & dixisse quod Marcus hic dicit dixisse Apolos, subdens: Et cum uenissent ad eum dixerunt ei, quia omnes quaerunt te. Non autem inuicem contradiunt. Sufficit enim Christus, & post Apolos turbam coniungit Christi pedibus anhelantem. gaudes autem eos suscipiebat: sed volebat eos dimittere, vt & reliqui doctrinae eius participes essent tanquam non multo tempore in mundo moraturos. Et ideo sequitur: Et ait, eam in proximis vicis & ciuitates vt & ibi praedice. THEOPH. Transiit ad illos magis indigentes, quia doctrinam concludere non conuenit in vno loco, sed vbiue radios eius extendere. Sequitur: Ad hoc enim ueni. CHRYSO. In quo manifestat eximinationis, incarnationis mysterium & diuinitatis suae dominium, dum, si a se ipse sponte se in mundum uenisse. Lucas vero dicit: Ad hoc missus sum, denuncians dispensationem & Dei patris bonam voluntatem de filij incarnatione. Sequitur: Et erat praedicans in synagogis eorum in omni Galilea. AV G. de Con. Euan. In hac autem praedicatione quam dicit eum habuisse in omni Galilea, intelligitur etiam sermo Domini habitus in more, cuius commemoratio facit Mattheus, quem Marcus omni non commemorauit, nec aliquid simile ei dixit, nisi quaedam sententias non contextim sed sparsim repetiuit, quae Dominus alijs locis dixit. THEOPH. Doctrinae autem operationem inuicem praedicans n. postmodum fugauit daemonia. Sequitur enim: Et daemonia eiiciens. Nisi n. ostenderet Christus miracula eius sermone non crederetur. sic & tu post doctrinam, operare vt non sit in te vacuum tuus sermo. B E D A. Mystice autem si occasu Solis mors exprimitur Saluatoris, quare non diluculo redeunte resurrectio eius indicetur? Cuius manifesta luce abiit in desertum gentium: ibiq; in suis fidelibus orabat, quia corda eorum per gratiam sancti spiritus ad virtutem orationis excitabat.

terigerit, immundus erit vsq; ad uespertum. Vt n. ostendat, quod immunditiam est haec immunditia, & quod lex non erat pro eum polita, sed pro hoies puros, & quod ipse est proprie Dns legis, & quia non sicut seruus infert, sed sicut Dns sanitatem, leprosum tetigit congruenter: non tñ exite necessario tactu ad curationis operatione. B E D A. Ideo etiam tetigit, vt probaret quia contaminari non poterat, qui alios liberabat, si multum illud mirabile, quod sanauit genere quae fuerat obsecrat. Si vis inquit leprosus, potes me mundare. Volo inquit. ecce habes voluntatem. Mundare. et iam habes pietatis effectum. CHR Y. Per hoc autem non solum opinionem leprosi non destruxit: sed magis confirmauit. verbo n. morbum fugat, & quod leprosus verbo dixerat, hoc opere adimpleuit. vnde sequitur: Et cum hoc dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. B E D A. Nihil n. medium inter opus Dei atq; pceptum, quia in pcepto est opus dicit n. & facta sunt. Sequitur: Et comminatus est illi, statimque eiecit eum, & dixit ei: Vide nemini dixeris. CHR Y. Quasi diceret, tempus nondum est mea opera praedicari. tu non indigeo praedicatione. Per hoc autem docet nos ex nostris operibus honorem apud homines pro retributione non quaerere. Sequitur: Sed vade ostende te principi Sacerdotum. Propter hoc autem nunc ad Sacerdotem mittit Saluator, ad probationem medelae, & ne extra templum ferret: sed in oratione cum populo computetur. Mittit etiam quae sunt legis adimplens, vt Iudaeorum linguam maliloquam obturaret. Opus quidem ipse complerit, probationem operis illis dimittens. B E D A. Vt intelligeret Sacerdos eum non legis ordinem sed gratia Dei supra legem esse curatum. Sequitur: Et offer pro emundatione tua, quod praecipit Moyses in testimonium illis. THEOPH. Praecipit qui dem munus offerre quod habebant in consuetudine, qui mundabantur offerre, tanquam in huiusmodi testimonium, quod non erat contra legem, sed magis legem confirmabat, intantum quod ipse legis operaretur pcepta. B E D A: Si que vero mouet quo Dns Iudaicum videtur approbare sacrificium, cum id non recipiat Ecclesia, meminerit quod nondum obtulerat in passione holocaustum suum. Non autem oportebat auferri significantia sacrificia priusquam illud quod significabatur confirmatum esset contestatione Apostolorum pdicantium, & fide credentium populorum. THEO. Leprosus autem quamuis Dns prohibuerit beneficium patefeci, vnde sequitur: At ille egressus cepit praedicare & diffamare sermonem. Oportet n. beneficiatum grati esse & gratias reddere etiam si beneficiis non indigeat. G R E G. 19. Mor. Merito autem quare rit, quidnam sit. quod Dns quae gestit abscondi iussit, & nec ad horam potuerunt abscondi? Sed notandum miraculum faciens taceri iussit, & tñ taceri non potuit, vt videlicet electi eius exempla doctrinae illius sequentes in magnis quae faciunt latere quidem in voluntate habeant, sed vt profint alijs prodantur inuiti. Non ergo voluit quicquid fieri, & minime potuit: sed quid velle eius membra debeant, quidue de eis etiam volentibus fiat, doctrinae magisterio exemplum dedit. B E D A: Vnius autem perfecta saluatio multas ad Dnm cogit turbas. vnde subditur: Ita vt iam non posset manifeste introire in ciuitate, sed foris in desertis locis esse. CHR Y. Leprosus n. vbiq; praedicabat mirabilem curationem, ita vt omnes currerent ad visum & fidem curatis, vt propter hoc Dominus in ciuitatibus euangelizare non posset: sed in eremis conuersaretur. vnde sequitur: Et conueniebant ad eum vndique. H I E R. Mystice lepra nostra peccatum primi hominis est quae capite egripit qñ regna mundi desiderauit. Radix n. omnium malorum est cupiditas. vnde Giezi auaritia secutus lepra suffunditur. B E D A: Extenta vero manu Saluatoris, hoc est incarnato Dei verbo, humanamque contingente naturam ab erroris prisci varietate mundatur. H I E R O. Quae quidem lepra vero Sacerdoti secundum ordinem Melchisedech ostensa oblatione mundatur eo dicente nobis: Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Quid autem non poterat Iesus manifeste in ciuitatem introire & significatur quod non omnibus manifestatus est Iesus, qui latis atque plateis seruiunt laudibus & proprijs voluntatibus: sed his qui foris cum Petro exeunt, & in desertis locis sunt, quae elegit dominus ad orandum & reficiendum populi, qui. I. deseruerunt, delectationes mundi,

Cat. Aur. S. Thom. O mundi,